

MICROFOTOGRAFIE

P R A E F A T I O A D L E C T O R E M.

H V M A N I S S I M E L E C T O R .

NORMAM *banc, aut Amvssim, aut quo-*
cunque alio nomine Instrumentum
hic expressum placebit, debes FERDI-
NANDO III. IMPERATORI AVGVSTISSIMO.
Ei inter quotidianas curas regendi ORBIS TER-
RARVM, pro otio, & remissione est, receptus quan-
tumuis breuis, & interpolatus ad hæc Mathe-
matum arcana. In qnorum tractatione cùm
priorum temporum asperitas (antequam eius-
dem SACRATISSIMI IMPERATORIS Sapientiâ
& Felicitate mitigaretur) iuberet interdum ad
muniendas arces, & iaciendos Aggeres respecta-
re; ad paruit militares hasce lineas tractanti, posse
Alas, & Colla, & Transmissas, quas Capitales
appellant, unam in Lineam aptari, ordina-
rique, ita ut eius linea Descriptio, etiam Irre-
gularibus Munimentis efformandis sufficiat.
Eum successum, cùm priuatæ oblectationi pri-

B

mùm